

ADIVVANTE DEO OPT. MAX.

AC PRÆSIDENTE REVERENDO PÆTRE ET DO.
mino Michæle Vugnero S. S. Theologiae Doctore & Professore ordinario, Pronunciata subscrip
pta publicè agitabuntur in schola Theologorum Ingolstadij. Anno
M. D. LIII. die Martij.

M. Casparo Macro Albimoenio defensore.

Quæstio Theologica.

AN necessarium sit parvulis ad salutem, licet usu rationis careant, ut per Baptismum, in quo super eos nomen
Dei ad abluendum originis peccatum invocatur, Catholicæ Ecclesiae inserantur?

Pronunciatum primum.

Baptismum nouæ legis Sacramentum, lauacrum aquæ in uerbo uitæ D. Paulus appellat: cuius typus in Mosaica lege
Circumcisio fuit, qua parvuli Deo oblati octavo die in ecclesiam recipiebantur.

Pronunciatum secundum.

Euangelium seu promissio æternæ salutis ad omnes, non tantum ad quosdam se extendit. Vniuersalia enim sunt: Ni quis renatus fuerit &c. Et illud: Sinite parvulos uenire ad me &c.

Pronunciatum tertium.

Extra Ecclesiam, ubi neq; Dei uerbum est, neq; Sacraenta, salus quoq; nulla est: econtra in ecclesia Christus per uerbum
& Sacraenta operatur. Vnde merito regnum Christi nominari debet.

Appendix I.

Baptismo legitimè administrato, per Dei institutionem non ministri dignitatem regeneramur.

Appendix II.

Quia uero uis & operatio eius perpetua est, non ceremonia, sed tantum recordatione iterari concessum est.

Conclusio.

Vt igitur quæstiōne respondeamus, parvulos omnino baptisandos esse intrepidè concludimus.

CASPARVS MACER D. MARCO
Schællenbergio Canonicō, familiarī suo S.

EX tollant alij ciuilia iura, legantq;
Ingens uolumen Bartoli,
Atq; Machaoniā euoluant funditus arteis,
Libros Galeni conterant.
Consumant ue dies Vatum cōmenta legendo
Tractentq; inanes fabulas.
Tu mandante Deo noctes incumbe diesq;
Sacris, amice, literis.
Quo studio humanis præfers diuina, caducis
Aetherna, uera friuolis.
Verba Dei trutinas cœlum terramq; regentis,
Studium colis sanctissimum.
Corporis illecebras spernis, uolucrisq; perennē
Animi salutem cogitas.
Carnis delicias contemnis, duritiemq;
Laboriosam sustines.

Dæmonis insidias, nec mundi gloriā mentem
Tuam potest corrumpere.
Deprimeris nunq; quia semper ad ardua tēdis,
Fugisq; Manes inferos.
Orando simul atq; studes, orasq; studendo,
In utroq; multum proficis.
Permittas igitur Latoia sertā Poëtis,
Vanæq; laudis gloriam.
Quosq; reos terrere iuuat, det Bartolus illis
Leges, forumq; turbidum.
Et quos Pæoniae delectant munera chartæ,
Opus Galeni perlegant.
Nil nisi religio, nil te nisi dogmata, Marce,
Christi iuuent, altissima.
Paruaq; nō magnū qd fert hæc pagina munus
Tibi, libenter accipe. Vale.

九

卷之三

Digitized by Sarmad Khan Global Library

३० अस्ति विश्वामित्र इति विश्वामित्र एवं विश्वामित्र